



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Dubium 5. Vtrùm dolor Christi extiterit quoque in superiori parte animæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

q. 49. a. 6.
ad 3.
Suarez.
disp. 36.
sect. 2.


trum) idem est, ac si diceret, abiectissimum & excubi-
tissimum omnium hominum totius Mundi. Verum
ex dictis aliud consurgit dubium: an dolor Christi fue-
rit etiam maior illo, quem anima seperatè patiuntur
Inferno, aut in Purgatorio? Respondeo cum S. Thoma
negatiuè, nam sicut Gloria Sanctorum omnia bona
vitæ excedit bona; ita dolor animarum separatarum
cunctos præsentis vitæ superat dolores. Ratio huius est,
quia est dolor superioris ordinis: qui progeneratur ex pa-
na damni, scilicet ex gloria amissa aut dilata.

Dubium Quintum.

*Verum dolor Christi extiterit quoque in superio-
riori parte Animæ.*

Aug. de
Trinit. lib.
12 & 14.
Vasq. 3. p.
disp. 73. c. 4.

Respondeo affirmatiuè; sanctissima etenim Christi
Anima dolebat de peccato, pro vt est offensa Dei: & do-
lebat de morte suâ, non tantum, vt est contraria proprie-
naturæ; verum etiam, quia ita volebat Deus, vt dole-
ret, talemque caperet dolorem in satisfactionem pro
peccatis nostris: ergo Christi dolor fuit etiam in parte
aut portione superiori: nam, secundum D. Augusti-
nam, tunc anima dicitur operari secundum partem
superiorem, quando mouetur ab obiecto formali &
motiuo supernaturali, tametsi obiectum materiale sit
naturale. Si quisquam timet mortem, quia deest
deletere bona, aut timet Deum, quia eum Deus
stigmat in hac vita: operatur secundum partem inferiori-
orem; at si timet mortem aut Deum propter moti-
uum supernaturale, operatur secundum
partem superio-
rem.



Dubi.